

1435.09. Petrus de Brena canonicus Linghonensis olim collector in certis partibus Franciae donavit camerae apostolicae decretum de mense decembris 1434, quod de mense septembris venditum fuit per bancum de Borrromeis de 21 florenis de camera. C 20^v, 188^v.

Lit.: MÜLLER, Franzosen (wie Anm. 4) Bd. 1 S. 398 Anm. 19; Hans-Jörg GILOMEN, Die Rotamannalen des Basler Konzils. Verzeichnis der in den Handschriften der Basler Universitätsbibliothek behandelten Rechtsfälle (1998) Sp. 626 Nr. 302.

* 1435.09.03. Albertinus abbas monasterii Hersfeldensis ordinis sancti Benedicti Maguntinensis diocesis propter solutionem communis et minorum servitorum obligatus in 20 florenis Renensibus concordavit cum reverendissimo in Christo patri et domino domino Juliano miseratione divina sanctae Sabinae sanctae Romanae ecclesiae presbitero cardinali sancti Angeli vulgariter nuncupato in Germania apostolicae sedis legato de summa 20 florenorum Renensium et persolvit istam summam realiter et cum effectu per manus religiosi viri fratris Johannis praepositi monasterii sancti Johannis prope Hersfeldem, de quo absoluto quittaverunt Andreas et Marcus. C 39^v–40^r, 188^r.

Lit.: Kurt-Ulrich JÄSCHKE, Abt Albrecht von Buchenau und Hermann Gerwig. Ein Beitrag zur Hersfelder Geschichte im ersten Viertel des 15. Jahrhunderts; in: Hessisches Jahrbuch für Landesgeschichte 16 (1966) S. 71–120, hier S. 71–120; Elisabeth ZIEGLER, Mit Mitra und Krummstab – Die Äbte des Reichsklosters (der Reichsabtei) Hersfeld; in: Bad Hersfelder Jahresheft 16 (1970) S. 6–22, hier S. 18 f.; RG IV, Sp. 33 Nr. 166.

1435.11.12. Guillermus Liughorius legum doctor archidiaconus Nietensis, qui pendente lite inter quendam Dominicum de Francavilla et quendam Petrum de Brena et post mortem dicti Dominici deinde per papam surrogatus ad archidiaconatum, propter annatam dicti beneficii obligatus in 55 florenis de camera, allegando deminutionem fructuum et proventuum ipsius archidiaconatus propter guerras, concordavit in consensu Johannis archiepiscopi Tarentini et Petri episcopi Paduani praesidentum in concilio Basiliensi de summa 10 florenorum de camera et persolvit istam summam realiter et cum effectu, de quo absoluto quittavit Andreas. C 15^v–16^r, 188^r.

Andere Schreiben

Andreas domino Fructusmonte/Sanctusmonte per presentem litteram mandat, ut curam gerat, quod, iam solutis 200 florenis de Arragonia propter pensionem archidiaconatus Segobiensis (scil.: ut supra) ad Alfonso Garsiam utriusque iuris doctorem decanum ecclesiarum Com-